



# The Holy See

---

IOANNES PP. XXIII

***EPISTULA AD IOSEPHUM***

***S. R. E. CARDINALEM PIZZARDO,***

***EPISCOPUM ALBANENSEM ET PRAEFECTUM***

***S. CONGREGATIONIS SEMINARIIS STUDIORUMQUE***

***UNIVERSITATIBUS PRAEPOSITAE,***

***QUINQUE IMPLENTEM LUSTRA,***

***EX QUO IN SACRUM PURPURATORUM PATRUM***

***COLLEGII EST COOPTATUS QUINQUE CELEBRANTI\**** Quinque celebranti lustra, ex quo sacra Romana purpura decoratus es, tam felicis eventus memoriam votis omnibusque, quae sincero animi affectu promimus, tibi gratiorem et laetiorum facimus. Nec deest salutaribus precationibus gratulatio Nostra. Nam a secretis Sacri Consilii extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositi et in Actionis Catholicae campo et finibus ingenio et sollertia praeditus, fructuosam operam impendisti. Posthac Purpuratorum Patrum Collegio ascitus, in Romana Curia multiplici industria et laboris patienti diligentia praegravibus perfunctus es muneribus; cumprimis vero Sacro Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito Praefectus, magnae rerum provinciae consulens et Albanensis dioecesis sedulus Episcopus, praeclera tibi comparasti merita. Omnia fausta, omnia felicia cupientes, Deum supplici prece poscimus, ut te protegat, sospitet, donis caelestibus ditet, atque horum auspicem, Apostolicam Benedictionem « magno corde et animo volenti » impertimus, quae caritatis in te Nostrae novum tibi sit testimonium et pignus. *Ex aedibus Vaticanis, die XII mensis Decembris anno MCMLXII, Pontificatus Nostri*

---

quinto.

\*A.A.S., vol. LV (1963), n. 1, pp. 32-33.

---